

Trifolii Fibrini.

Martis pomati ana dr.. iij.

Spiritus Nitri dulcis.

Essentiæ Corticum Aurantiorum ana unc. ij.

Aquæ Corticum Citri unc. vj.

Stent in loco temperato ad Extractorum
solutionem, & liquor filtretur, ac servetur.

LOOCH DE PULMONE VULPIS.

v i d e

ELECTUARIUM PECTORALE.

LOOCH SANUM ET EXPERTUM.

Fieri potest ex tempore, excipiendo vi-
delicet SPECIES DIAIREOS sufficiente quantita-
te EMULSIONIS AMYGDALINÆ cum AQUA
FOFNICULI recenter factæ in formam Ecleg-
matis paulo spissiorem; ne diutius ejusmodi
mistio asservata, ut communiter accidere solet,
acefcat.

MAGISTERIUM

v e l

LAC SULPHURIS.

R. Hepatis Sulphuris q. pl.

Sol-

Solvatur in sufficiente quantitate aquæ ebullientis, solutio filtretur, & præcipitetur inde ope aceti instillati pulvis, qui aqua calida aliquoties ablutus, & dein exsiccatus, servetur.

MAGNESIA ALBA.

℞. Salis amari Sedlitzensis q. pl.

Solve in sufficienti quantitate aquæ, & cum lixivio colato Cinerum Clavellatorum præcipita inde pulverem album, qui aqua calida aliquoties ablutus, & exsiccatus servetur.

Eadem Magnesia obtinetur ex simili præcipitatione *Lixivii Matris salis marini*.

Videtur hæc Magnesia præferenda illi, quæ vulgo paratur ex *Lixivio Matre nitri*.

MEL

MERCURIALIS HERBÆ.

℞. Succi Herbæ Mercurialis.

Mellis partes æquales.

Coquantur in consistentiam Mellis despumando.

MEL PECTORALE.

℞. Specierum decocti pectoralis libr. β.

Coquantur in

Aquæ

Aquæ communis libr. iii.

ad remanentiam duarum tertiarum. Co-
latura cum æquali portione Mellis in debitam
coquatur consistentiam.

MEL ROSATUM.

R. Infusi Rosarum libr. vij.

Mellis libr. xij.

Coquantur in Mellis consistentiam.

MERCURIUS DULCIS

sive

AQUILA ALBA.

R. Mercurii sublimati corrosivi in pollinem re-
daëti.

Argenti vivi purissimi partes æquales.

Tere in mortario vitreo, donec argentum
vivum dispareat, totumque in pulverem cine-
reum mutetur, qui sublimetur in cucurbita
vitrea igne arenæ, donec nihil amplius adscen-
dat. Ex frigefacto apparatu tollatur sola massa
crystallina, rejectis reliquis, quæ denuo sine
additamento in pulverem reducatur, & subli-
metur, ut prius. Hic labor etiam tertia vi-

N

ce

ce repetatur, et massa sublimata tunc servetur.

Mercurius hic rite dulcificatus cum Aqua Calcis vel Oleo Tartari per deliquum tritus non flavescit, sed nigrescit, nec saporem habere, nec solubilis esse debet in aqua frigida.

Si hic Mercurius dulcis adhuc aliquoties de novo sublimetur, vocatur

PANACEA MERCURIALIS,

aut CALOMEL, sive CALOMELAS.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS

ALBUS.

R. Mercurii sublimati corrosivi q. pl.

Solve in sufficiente quantitate aquæ; adfunde successive Spiritum Salis ammoniaci vulgarem, donec nihil amplius præcipitetur.

Pulvis albus, aqua calida aliquoties ablutus, & siccatus servetur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS

RUBER.

R. Mercurii vivi purissimi q. pl.

Solve in Aquæ fortis debita quantitate.

Sq-

Solutio destilletur ex Balneo arenæ ad siccitatem usque. Massa remanens tollatur, & in crucibulo eo usque calcinetur, donec colorem acquisiverit eleganter rubrum, & servetur.

MERCURIUS SUBLIMATUS

CORROSIVUS.

R. Massæ Mercurialis in antecedente processu
in retorta obtentæ

Vitrioli ad albedinem calcinati
Salis communis decrepitati partes æquales.
Seorsim in pulverem redacta misceantur
accurate, & sublimentur in Balneo arenæ ex
cucurbita, donec nihil amplius elevetur. Ex
frido fractoque apparatu eximatur Massa Sa-
linæ superiori parti ventris cucurbitæ adhærens,
& servetur.

MISTURA SIVE AQUA PERLARUM

vide sub

PULVERE SPECIERUM AQUÆ PERLARUM.

MORSULI IMPERATORIS.

R. Pistaciorum decorticatorum.

Amygdalarum dulcium ana dr. vj.

N 2

Fla-

Flavedinis Corticum Citri recentium dr. iij.
Specierum Imperatoris minutim incisarum
dr. vj.

Sacchari in sufficienti quantitate aquæ fonta-
næ soluti libr. ij.

Aquæ Naphæ dr. ij. vel iij. ad odoris gra-
tiam

Saccharum solutum coquatur ad consisten-
tiam tabularem, tunc adde Aquam Naphæ,
& fiat unica adhuc ebullitio; remotis dein
ab igne immitte fructus; & ultimo, dum jam-
jam Massa in modulum effundenda est, aroma-
ta admisceantur.

*Et hæc norma est pro reliquis Morsulis cum
pulveribus conficiendis, qui ex tempore pa-
randi sunt, dum præscribuntur.*

NITRUM ANTIMONIATUM.

*vide sub ANTIMONIO DIAPHORETICO
ABLUTO.*

NITRUM DEPURATUM.

R. Nitri. q. v.

Solve in sufficienti quantitate aquæ puræ
calidæ.

Quie-